Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bibliorum summae - Cod. Aug. pap. 27

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Iudicum

urn:nbn:de:bsz:31-72803

Visual Library

habitat[is] amorreorum Et ait populus domino serviemus absit ut ab eo recedamus
Et dixit Iosue testes vos estis quod hodie dominum elegistis Et responderunt testes
sumus Et ascendit in Sylo ut staret coram domino precessit quod populus illa dei sedes
cum domino et in signum federis effudit Iosue aquam super terram mox et gentilibus
erat in signum federis sanguine suillum effundere dicentes Sic effundetur sanguis
illius qui violaverit hoc fedus Hebrei vero aquam fundentes maiorem penam
in violatorem federis indicabat Scripsit quoque Iosue verba hec in volumine legis
et mortuus est cum esset centum et decem annorum Requievit enim Israhel viginti sex
annis et sepultus est in monte Effraim Eleazarus quoque mortuus est et sepultus
in gabaa Phinees quod filius eius successit patri in sacerdotium et deinceps
per Phinees consuluit dominus populum Sed et omnes Iudeos seniorum congregata compresso
Incipit Iudicum Capitulum sextum Cuius

Fecerunt iterum filii Israhel malum coram domino qui tradidit
eos in manus Madian et Amalech singulis annis Israhel
vastantes segetes eorum et universa iumenta trahentes in
preda Cumque clamasset Israhel ad dominum Venit angelus domini
et erat in essea lapis aut super que sedebat
et super quercum sedit que erat in Effra lapis autem super quem sedebat
et quercus et ager pertinebat ad Ioab Gedeon vero filius eius timens
hostes qui venerant super terram in area excutiebat frumenta tor-
culari ut haberet victum ad fugam Ioseph quod dicit hoc maxime fuisse divi-
ne preparationis indicium quod tunc uteretur torculari pro area futurum erat
quod cum ut area repleretur et torcularia Et ait angelus ad eum Dominus tecum
virorum fortissime Cui Gedeon Si dominus nobiscum cur apprehenderunt
nos hec mala Et respexit in eum dominus id est angelus et ait Vade ego mitto
te in hac fortitudine tua qua si refero tibi respiciendo ut mittendo
liberabis Israhel Cui Gedeon Si gratiam inveniam
percuties Madian quasi virum unum Cui Gedeon Si gratia inveni coram
te ne recedas donec revertar ad te Et coxit Gedeon edum
posuit quoque carnes et azimos panes in canistro Et misit ius in ollam
in olla offerens ea angelo Cui angelus Pone carnes et panes super petram
et desuper funde ius et Quod facto tetigit illa angelus summitate virge qua
ferebat et ascendit ignis de petra et combussit omnia Angelus autem evanuit
ab oculis eius timens quoque Gedeon ait Heu michi domine quia vidi
angelum domini Cui dominus dixit Ne timeas ne morieris Eadem nocte dixit
dominus ad eum Destrue aram Baal quam erexit pater tuus et nemus circa eam
succide et occide taurum qui signat ydolum Aliud vero taurum septenem
que tunc edificaverant ydolis offeres in super altare quod edificabis super
petra in qua sacrificium posueras Gedeon timens patrem et cives
assumpsit decem servos et omnia nocte complevit Et vocatur altare pax domini et
latuit in crastino Dixerunt cives ad Ioab Educ filium tuum ut moriatur
quod fecit hoc Quibus ille ait Numquid ultores estis Baal Si deus est Baal
vindicet se Igitur Madian et Amalech transierunt Iordanem Spiritus autem
domini induit Gedeon et misit ad Manassen nuncios et Asser et Zabu-
lon et Neptalim qui occurrerunt ei cum triginta duobus milibus Et petiit
Gedeon a domino signum victorie in vellere posito in area si nocte illa vellus
compleretur sicca area remanente Et factum est ita Et expresso vellere
concham implevit Sequenti nocte petiit signum in contrarium aream videlicet
rore et vellus siccum esse Quod factum est et processit Gedeon
Capitulum septimum

Ovi ait dns ppls multus e tecu ne dicat isrl meis virib9 pprijs
sit liberatus Clama ad ppl'm qui formidolosus e ut reuertat' Et
ait dns Ad huc ppls multus est Duc eos ad aquas et ibi ꝓbabo dici
et qui lambuerit aqua manu et lingua sic ut solent canes Et inuenti sut
in eis tantu trecenti viri Et ait dns i his trecentis tradam madian
in man9 tuas qui tu ꝓferti eeiat Eade nocte descende cu gedeon i ꝓte
castror Audiuit inter vigiles vnu dicente alteri Videbat michi
i sompnis q' panis ordeaceus subcinericius et i comestibilis descendebat
in ꝯsta ad madia usq ad tabernaculu et subuerteret illud et terre
funditus coequat' Dixit alter Nl' e ꝯ gedeon int' greana et i ysrl valus
e familia gedeonis i cui9 man9 tradet' madia Quod audiens gedeon
adorauit et reuersus ad socios diuisit eos in tres ptes et dedit tu-
bas i man9 dexteras eor et lagenas vacuas i sinistras et lapa-
des ardentes i lagenis relamerut et ingressi sut intribus locis ca-
stra media nocte et fregerut lagenas lapades tenentes i manib9 et
clamantes i sonuerut tubis quo' subito hostes exercitatis fugerunt
Effraim q' descendit i occursu fuge Capitulum octauum
Accepit
libus et occidit duos reges madian oreb et zeb et tulit capi
ta eor ad gedeone trassiuit q' gedeon cu quadringetis viris et
inuenit zebee et salmana i valle qeserant adusi suspirantes cu xv
milibus Cesis eni d' exercitibus cu centu viginti milib9 Gedeon aut re-
pente venit sup eos Et turbato exercitu eor cepit scda duos
reges zebee et salmana Et occidit eos Et dixerunt omes filij isrl
ad eu dnare nri tu et filij tui et filius filij tui Quib9 ille Nō dnabut'
vr̄i ꝓ dns Vnu postulo Date m' inaures aureas de preda Qui
dederunt Et fuit pondus auri mille et septingenti sicli Et fecit gedeon
ex eo ephot et posuit eu i ciuitate sua ephra et fornicatus e ois isrl
i ysrl Et factu e gedeoni et omni domui ei9 in ruina p' ephot qd
e dignus i dumetu potior Ascendat gedeon via in dumeta potissima
lia Et fecit in ephra tabernaclm et altare ꝯtra id qd' erat in sylo
et factus sacerdos ymolat sup illud deo hostias quapropter offensus e dns
omez domu ei9 fere deleuit Habuit et septuaginta filios de vxorib9
et vnu natale noie abimelech hic occidit fres suos omes ꝓter
vnu et quiet terra appls xl annis Quib9 ꝑfuit gedeon et mortu9
e i senectute bona Rursus filij isrl ꝑuaricat et tradidit eos dns
i man9 philistinor xl annis a qua seruitute sic liberati sut Cap' ix
Fuit vir quida de stirpe dan noie manue habens vxore pulchra
sed sterile Cui sepe orati apparuit angels Et ait Concipies et
paries filiu Et hic robustus vocabit' liberator isrl Nota
Qr in veteri testamento quatuor hoi noia ꝑ angelu sut nūciata ysma-
hel ysaac Josias et samson Et i nouo testamento filij Johes Natus q'
filiu vocauerut samson i robustus Creuit cito puer cepit sps dei
ee cu eo Cu aut creuisset descendit samson ad solemnitate philistinor
et visa ibi virgine concupiuit qua parentes acceperut ei vxore Cuq
descenderet parentes cu eo apparuit ei leo i vineis et venit meu Sam-
son i spu dni nichil habuit i manu et dilacerat eu ꝑ9 aliquos dies
descendit ad desponsata ut duceret ea et iuit ad cadauer leonis et apes
erat i ore ei9 et fauus mellis que sumptu comedebat i via dedit q' pri
et mri et sponse et comederut Nō indicat' aut parentib9 q' leone occi-

dixit Cumque triginta fortes iuvenes vocati essent ad nuptias ad resistendum
fortitudini Sampsonis si forte vellet aliquid committere proposuit eis Sampson
problema dicens Si solveritis michi problema infra dies septem convivii dabo vobis
triginta sindones et totidem tunicas Sin autem dabitis michi totidem Qui dixerunt
propone Et ille dixit Qui cuncta devorat genuit cibum suavem lex ipse sit
insuavius nec poterant solvere Et dixerunt sponse blandire viro tuo ut
solvat problema alioquin incendemus te et domum parentum tui Illa sparsa tota
sollicitavit mitu virum flevit Tandem sponse Sampson problema exposuit
Illa vero illis exposuit Et illi statuto die dixerunt Sampsoni Quid
dulcius melle et quid fortius leone Sampson inquit Quid dolosius muliere
Et venit spiritus domini in eum et descendit ad Ascalonem et percussit xxx viros
et abstulit eis vestes et dedit proponentibus suis Capitulum quindecim

Et iratus Sampson uxori recessit in domum suam Sponsa autem sua
nupsit alteri Cumque messes instarent venit Sampson videre uxorem
ferens edum Cumque cubiculum eius vellet intrare prohibuit eum pater
eius dicens putavi quod odisses eam et tradidi eam alteri viro Sororem habet
que pulchrior est hac tibi pro ea sit uxor Ad quod Sampson iratus respondit
Ab hac die non erit in me culpa contra philisteos faciam vobis mala
rept trecentas vulpes et iunxit caudas caudis et faces ligavit in medio quas
igne succendens dimisit eas discurrere et succenderunt segetes philistinorum
Irati vero ut vineas et oliveta igne succenderet Philistim scientes
et uxorem Sampsonis et parentes eius succenderunt Postquam philistei
dixerunt filiis Israel Pugnabimus totis viribus nisi tradatis nobis Sampsonem
ligatum Quod cum ei retulissent Respondit Sampson Iurate michi ne me occi-
datis et iuraverunt et permisit se ligare duobus novis funibus Tollensque
mandibulam asini in via et interfecit mille viros aliis in fugam versis Et
gaudens cecinit metrice In maxilla asini et dedit sibi victorie gloriam
et non deo Postquam proiecta maxilla sitivit usque ad mortem Et clamavit ad dominum
Et aperuit dominus molarem dentem in maxilla asini Et egresse sunt aque
quibus haustis recepit vires Capitulum sedecimum

Post hoc ingressus est Gazam civitatem et amavit ibi mulierem meretricem
quo cognito palestini posuerunt custodes ante portam civitatis
ut occiderent mane occideret Sampson de media nocte consurgens
ambas fores cum postibus suis et sera in humeros portavit in verticem
montis Postquam amavit Dalida a monte sorech Ad quam quinque satrape phi-
listinorum venerunt dicentes Disce ab eo unde habeat vires ut possimus eum
tenere et dabimus tibi singuli mille et ducentos argenteos Et blandita Dalida
Sampson qui respondit in dolo Si septem funibus ligatus fuero ero sicut ceteri
homines Et tulerunt septem funes quibus Dalida Sampsonem dormientem ligavit
latentibus apud se philisteis et clamavit Sampson super te philistim
Qui rupit vincula quasi stupea Secundo ipsum fallit quod est de septem novis
funibus Cum autem tercio septem crines capitis eius cum ligatos licio et clavo
funibus Cum autem tercio septem crines capitis eius colligatos licio et clavo
terrae infixissent excitatus extraxit clavum cum licio et crinibus Cumque mo-
lesta esset ei Dalida et similaret se diffidere usque ad mortem aperuit ei
Sampson veritatem dicens Si rasum fuerit caput meum recedet a me for-
titudo mea Tunc illa vocavit satrapas ut ferrent promissam pecuniam
eum dormire super genua sua et per tonsorem rasit caput eius et rece-
cessit crines ab eo Tunc abierit cum mulier philistini vero quod ipse erat la-
titantes ceperunt eum et eruerunt oculos eius et circumduxerunt per
terreas et opere fuili afflixerunt eum procedente tempore creverunt crines

crines eius et recepit vires. Et intrauerunt principes ut immolarent dagon
deo suo quia tradiderat eum in manus suas. Cumque letarentur conuiuantes
adductus est sampson ut ei illuderet. Stabat autem inter duas columnas
quibus tota domus innitebatur. Et apprehendens eas ait moriatur cum phi-
listiimis et concussis columnis cecidit domus super omnes et multo plures
interfecit moriens quam viuens. Et sepultus est sampson in sepulchro patris
sui. Post mortem eius hely sacerdos iudicauit ysrahel xl annis

Incipit primus liber Regum

Fuit autem vir unus de ramathaym sophim de monte
effraym et nomen eius elchana. Qui habuit duas uxo-
res nomen uni ana que erat pulchra sed sterilis. Et
nomen secunde fenenna que erat fecunda. Et ascendebat
vir ille et ana uxor eius in sylo ad adorandum. Porro
ana tristis erat et pro sterilitate orabat. Et rogabat
hely sacerdotem ut oraret pro ea ad dominum. Quod factum est. Et concepit
ana et peperit filium et vocauit eum samuel id est postulatus dei quia a deo
postulatum susceperat. Et cum ablactatus esset duxit eum in sylo cum tribus
vitulis et tribus modiis farine et amphora vini et obtulit eum domino
Et vocauit ana dominum et dixit

Capitulum secundum

Exultauit cor meum in domino etc. que in cantico illo mouentur compo-
suit et post multa rediit in domum suam

Capitulum tercium

Samuel autem ministrabat domino coram hely. Porro filii hely offni
et phinees sacerdotes nescientes dominum preter sacerdotale de
sacrificiis antequam adoleret adipem tollebat ab offerentibus cruda
ut lautius sibi pararet illa. Hely autem erat senex valde et audiuit
prauitatem filiorum qui eos dormiebant cum mulieribus commorantibus ad hostium ta-
bernaculi et eas que venerant ad purificandum polluebant. Unde et pater
tepide arguebat eos. Ideo predixit ei quod subito mortuus est et filii sui pro-
diderunt sacerdotium. Oculi autem caligauerant hely nec poterat videre
lucernam ardentem in templo. Sed cum pertigueret Samuel autem dor-
miebat in thalamo iuxta tabernaculum solus cum hely. Unde cum vo-
caret eum dominus nocte currebat ad hely dicens Vocasti me. Et ait hely
Non vocaui reuertere et dormi. Et factum est secundo sic. Tercio autem iterum
abiit ad hely et intellexit hely quod vocaret eum dominus. Et ait loquere
domine quia audit seruus tuus. Et factum est ita. Et indicauit eadem comminationem
ei in domum hely quam pro filiis fecerat quod vnctus dei. Tercia autem ista vocatio
tercia prefigurabat ipsius dignitatem futuram. Fuit ei propheta. Fuit quoque iudex
obtulitque quasi sacerdos. Mane autem adiurauit hely samuelem et indicauit
ei omnia que locutus erat ei dominus. Creuit autem samuel et cognouit omnis
ysrahel quod fidelis samuel propheta esset domini et eo tempore apparuit dominus

Capitulum quartum

Et factum est cum venissent pro eo
philistiim contra ysrahel in pugnam et victus est ysrahel et ceciderunt
de eo quasi quatuor milia. Et dixerunt ipsi seniores. Afferamus
de sylo archam domini sedentis super cherubin et attulerunt archam et venerunt
cum ea duo filii hely offni et phinees fungebantur officio patris sui
et iterum fuit in pugna. Fugit quoque ysrahel et cesa sunt ex eis triginta
milia peditum et archa domini capta est. Et duo filii hely mortui
sunt. Cucurrit autem quidam vir de acie in sylo et indicauit hely quod factum est. Quo
audito cecidit retrorsum et fractis ceruicibus expirauit. Uxor autem